magis tamen miror, à baſsiliſsima hac lingua homines
etiam in ultimis terræ finibus conſtitutos quaſi pro-
pe, quaſi proximè conſtitutos peti, lædi, enec-
carique. Deſine ô Menelae, deſine mirari Pro-
tei tam multiplicem naturarum variegationem;
Dicis enim: in aquam te tranſire ô Protæ, incre-
dibile marinum existente, et in arbore creſcere
adhuc tollerabile, et quod in leone mutêris, tan-
neq; hoc extra fidem, ſi autem igne fieri poſsibile
ſit in mari habitantem, hoc plurimum miror atq;
vt credam non adducor. Poteſtis et vos stulti! lin-
guæ mutabilitatem obſtupeſcere, imo quod Proteo
impoſsibile, hæc præſtat, vivit in aquis, frigeſcit in
flammis, inter ventorum turbines immobilis, in tran-
quillitate movetur, in diſcordia triumphat, trium-
phat in interitu, in bellis exultat, in pace gemit.
Aten quampiam Deam finxit pagana ſuperſtitio, à qua
in populos derivatæ omnes noxæ, quo fabulæ involu-
cro linguæ malum eam tegere, et tangere voluiſſe
perſpicuum eſt. Enim verò ſi vel malorum multitudinem,
vel varietatem in lingua quæris, neutra deeſt, utraq; adeſt